Sararet feria tertia ante festum Sanctæ Margarethæ anno Millesimo Sexcentesimo Vigesimo facta cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis sua ac parata intromissione possessione tuitione ac ligamentis omnibus et beneficiis iuris in originali inscriptione contentis accepta satisfactione cedit omneq[ue] et integrum ius suum in personam ips[ius] et successorum eius transfert et transfundit ipsum illi iam ex nunc cum pacifica possessione et libera ad actus terrestria admittendo.

Obligatio.

Zopienie

Coram Officio et Actis præsentibus Castrensibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Valentinus olim Jacobi Zopienski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognouit. Quia Nobili Paulo Zopienski fratri germano bonorum in hæreditate Zopienie Szelagi consistentium in primo loco o Błotka tres sulcos a granicie Ziskowicz ad granicieum Włodow inter metas Gasiorowski et ipsius, in alio loco na glinie tres sulcos protensos supra inter metas Maruszewski et ipsius, in tertio loco tres sulcos a granicie Zyszkowicz ad granicieum Sliwowska inter metas Gasiorowska et ips[ius], in quarto loco na szapie tres sulcos protensos supra, inter metas Kolojewska et ips[ius], in quinto loco nadłu drogi supra, inter metas ... tres sulcos a strata Bielscen[si] ad metam inter metas ... in Sexto loco ku sczepkowi na drugiey gorze tres sulcos a granicie Poniatowska ad granicieum Włodow inter metas ... Cum omnibus utilitatibus in Sex Sexagenis Polon[icalibus] ad Exemptionem obligauit et inscripsit intromissionem admittit et tueri se ac quietare ab omnibus personis submittit subdendo se. Et coram officio præsenti peremptorio ... omnibus iuribus remediis et defensionibus se uti abscribendo.

Donatio.

Ibidem

Coram Officio præsenti Castrensi Branscensi personaliter comparens Nobilis Valentinus olim Jacobi Zopienski sanus mente et corpore existens palam et libere recognouit. Quia Nobili Paulo Zopienski fratri suo germano, bonorum in Zopienie Szelagi sitorum ... [illegible] a granicie Włodow ad ... zensa